

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Dilectio d
cum uariis

Miser ego, quantum deberem diligere Deum meum qui me fecit cum non eram, redemit cum perieram! Non enim eram et de nichilo me fecit; non lapidem, non arborem, non aliquid de animalibus sed hominem uoluit me esse. Dedit michi uiuere, sentire, discernere. Reduxit me de exilio, redemit de seruicio; uocauit me nomine suo ut memoriale suum semper esset apud me, unxit me oleo leticie quo ipse erat unctus ut ab uncto essem unctus et a Christo dicerer Christianus.

Augustinus de spiritu et anima.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

perieram!] perieram? V²; et *om.* (*cor. supra lin.*) C; aliquid] aliquod P V¹ V² L¹ L²; anima.] sententia est de Hugone libro 2. de anima *add. ab alia manu in marg.* B, idem dicit Hugo de sancto Victore libro 2. de anima capitulo 18. in medio capituli *add. ab alia manu in marg.* C